

## DE AUGUSTISSIMO AC INEFFABILI EUCHARISTIAE SACRAMENTO

DIVINI AMORIS IN AESTIMABILI PIGNORE

AC DE VARIIS IN EO RECONDITIS, ARCANIS

### LIBER NONUS

#### HOMILIA PRIMA

*Enucleantur d. Matthaei verba:* Coenanti-  
bus eis accepit Iesus panem, et fregit,  
deditque discipulis suis, et ait: Accipite,  
et comedite, hoc est corpus meum: *ex-  
plicaturque interim circumstantiae quo-  
ritur in huius sacramenti institutione  
notabiles.*

Historis traditum est, Chryssippum philo-  
sophum doctrinae, atque ingenii laude praestan-  
tem, dum prope locum profundissimum, in  
quem vis aquarum maxima undequaque  
confluebat, versaretur, cuperetque nosse cau-  
sam tantae profunditatis, qua tot aquarum al-  
luviones absorberentur, et stagnarent, diffi-  
cultate rei superatam, quoniam ingenio quod op-  
tabat capere non potuisset, in barathrum se  
praecipitem dedisse, aientem: *O abyssus, cum  
te capere non valeam, tu me recipe.* Sed multo  
quidem verius id nos dicere possumus, si di-  
vini huius sacramenti profunditatem, et abys-  
sum, in qua immensi sunt gurgites mysterio-  
rum, et miraculorum, perscrutemur, ubi cer-  
nuntur accidentia sine subiecto substantiae,  
substantia panis in carnem Christi convertitur,  
totus Christus sub parva hostia, immo sub  
quovis eius minimo frustulo includitur, ut a-  
lia nunc sileam mysteria; quibus ac eorum  
singulis adeo percillimus, et superamur, ut  
Chryssippi verba usurpantes dicere de Christo  
tam mirabiliter occulto in hoc sacramento pos-  
simus: *O abyssus, cum te capere non valeam,  
tu me recipe.* Quamobrem tanti operis summe  
opifex Iesu, tuo lumine mihi mentem illustra,  
ut quod naturalis ratio non capit, nec inge-  
nium angelicum, nedum humanum consequi-  
tur, et sola tua sapientia comprehendit, digne  
tractare, et audientibus utiliter explicare va-  
leam. Hoc laudissimum regiumque convivium,

quod animis Deus per sui corporis sacramen-  
tum exhibet, sacrae litterae frequenter coenam  
appellant, nec minus crebro sacri Doctores eo  
nomine utuntur; idque merito: constat enim  
fide catholica, in ultima Christi cum suis di-  
scipulis coena institutum hoc fuisse sacramen-  
tum, quemadmodum Evangelista Matthaeus tes-  
tatus est (c. 26): *Coenantiibus illis accepit Iesus  
panem.* Non mihi nunc animus est agere de  
magnis a Christo in hoc convivio factis ex-  
pensis: esset enim id profundis oceani flucti-  
bus fragilem ingenii mei cymbam committe-  
re; sed litora tantum nunc premam, et navi-  
gans ad terrae conspectum, versabor in tribus  
huius mysterii circumstantiis explicandis, quas  
praesentis homiliae tractatio dilucide, ac bre-  
viter prosequetur. Prima circumstantia est tem-  
poris, quod etsi Matthaeus in suo Evangelio  
non adnotaverit, Paulus Apostolus Dominicæ  
coenae historiam perstringens explicat, coenam  
tam discipulis nocturno tempore Domini  
hoc sacramentum instituisse ita testatus  
(1. Cor. 11): *Dominus quidem Iesus, in qua  
nocte tradebatur, accepit panem, etc.* Quare cum  
verum sit, ipsos Scripturæ sacrae apices non  
carere mysterio, nec in divinis litteris ita u-  
num otiosum existere, quis ambigat non abs-  
que mysterio fuisse nocturno tempore con-  
vivium hoc a Domino cum discipulis celebra-  
tum? Primum, quod ego hinc colligo myste-  
rium, est, ideo nocturno tempore institutum,  
ut indicaretur summum prudentiae consilium,  
quod Dominus carnem suam nobis cibum, et  
sanguinem potum praebere decrevit. Lacedæ-  
monii, ut in historiis legitur, res apud ip-  
sos graviores, ac difficiliores nocta tractabant,  
memores Proverbi: *In nocte consilium:* quo-  
niam nocturna quies aplissima est ad sapiens,  
et utile de rebus consilium capiendum. Unde  
et Athenienses, qui singulari sapientiae laude  
floruerunt, omisso aequilam insigni, quod Ro-  
mani vexillis militibus geslabant, noctuam,  
avem nocturnam, usurparunt, quam etiam suis  
numismatibus insculperunt. Inquit ergo Pau-

lus, *In qua nocte, etc.* significavit quanto cum  
consilio, et maturitate hoc sui corporis con-  
vivium Dominus instituerit, ob idque pariter  
dilectus eius discipulus Ioannes, de hac ipsa  
coena loquens, inquit: *Sciens Iesus:* non enim  
casu, sed data opera, non inconsiderate, sed  
sciens ad opus tam prodigiosum se Christus  
accinxit, et illud praesentibus discipulis pe-  
guit. Aliud quoque in hac temporis circumstan-  
tia invenio mysterium, videlicet, quod per te-  
nebras, quae nomine noctis intelliguntur, vo-  
luit Christus admonere, ut si aliquid fructuo-  
sum, et utile animis nostris percipere, et con-  
sequi, tam in hoc, quam in aliis nostrae fi-  
dei arcanis optamus, convenit illa quaerere;  
ac investigare ad obscuritatem fidei, quae lu-  
men praebet sublustrare: in cuius rei typum o-  
lim Deus Sancta sanctorum velo contegi, pro-  
pe tamen adesse candelabrum praecipiebat. Sed  
occurrit aliquis, quorsum velum pariter, et  
candelabrum? nam si velo Sancta sanctorum  
tegebatur, quid opus erat lumen apponere,  
quo indicarentur? Causa est, quoniam fides  
duplici fangitur officio, legendi, et relegendi:  
legendi quidem, nam Christum velamine acci-  
dentium occultis; relegendi vero, quia ineti-  
natis animos nostros ad credendam Christi sub  
illis accidentibus praesentiam, quam non o-  
stendit evidenter, sed subobscurè, dirigens pe-  
des nostros in viam veritatis, ne caecitantes  
cum haereticis in praecipitia mortis decamur.  
Nisi enim imbecillitas humanae mentis facta  
divinae fidei illuminetur, facillime in peri-  
ciosissimos errorum anfractus, et mortifera di-  
verticula errorum abducitur.

Secunda circumstantia, et priorè notabilior  
est, quod Christus hoc suum convivium non  
praedens, sed coenam instituerit: qua in re no-  
bis mirabiliter declaravit, se humano generi  
dare pignus omnium pretiosissimum, et quo  
animi nostri aviditati prorsus erat satisfactu-  
rus, regalibus sui sanctissimi corporis dapibus  
mentem nostram, dum vivimus, exsaturans:  
Matulino enim sumpto ientaculo, superest in  
meridie prandium, et post hoc ante coenam a-  
lia corporis refectio, merenda scilicet adhibe-  
ri solet, quam et coena subsequitur: coenae au-  
tem non cibis succedit, sed somnus. Unde vo-  
lens Christus ostendere, maxima erga homi-  
nes se usum magnificentia, coenam instituit hoc  
sacramentum, quoniam postquam huc divinae  
mensae, et coenae Christi accubimus, nil re-  
liquum est, nisi ut in Domino feliciter ad vi-  
tam aeternam obdormiamus. Declarat hoc ip-  
sum Aegyptiorum imago: effingebant enim ad  
significanda bona vera, et solida, adolescen-  
tem una manu spicas triticicas, altera vini po-  
culum, et de collo pendens papaver haben-  
tem: quoniam quibus panis, et vini copia est,  
securos possunt sonnos carpere, et missas fa-  
cere reliquarum rerum; ac Inocorum tracta-  
tiones, quibus invidiantes mortales numquam  
non curarum aestu sollicitantur. Christus ergo  
tantquam providus, ac benignissimus pater,  
paulo ante mortem testamentum condens, ali-  
menta vitae nobis omnibus reliquit, fundum  
promissionis assignans carnem suam et san-  
guinem: quae alimenta numquam nobis defu-

tura usque ad mundi finem iuramento Dei ro-  
boratum etiam est; ut ait David (Psal. 109):  
*Iuravit Dominus, et non poenitebit eum: tu es  
sacerdos in aeternum, etc.* Cum ergo simus a  
Christo haeredes instituti suae carnis, et san-  
guinis, quo victi omnis nostra inopia locuple-  
tata est, et famis in posterum depulsa fornido,  
renunciare debet quisque vestrum mundi  
voluptatibus, et lucra omnia, et commercia  
caduca negligens, hoc divino cibo contentus  
cum Propheta dicere (Psal. 4): *In pace in i-  
dipsum dormiam, et requiescam.* Exemptum opti-  
mum, et praestantissimum habemus in dilecto  
Christi discipulo Ioanne, qui postquam caele-  
stem hunc cibum in coena gustavit, super Do-  
mini pectus obdormivit. Quid autem Ioannem  
adduco, si Christum ipsum gratiae auctorem  
et institutorem tanti sacramenti scimus, post-  
quam illud ad salutem nostram ordinaverat,  
dormitum abuisse ad crucis thalamum, ut ibi  
requiesceret? quasi dicens: iam dormiam se-  
curus, et placidus, quoniam filiis meis alimen-  
ta legavi corporis mei, quod est omnium, quae  
a me poterant expectare, beneficium ampli-  
simum. Scribit Plutarchus in *Alexandri Magni  
vita*, dum innumeras victorias feliciter pro-  
sequeretur, vexillis insculptam gessasse hanc in-  
scriptionem: *Plus ultra*, ut indicaret, parvas  
victorias se velle novis cumulare; sic etiam  
etsi magnum fuerit, et amplum beneficium,  
et divinae charitatis argumentum, Deum fieri  
hominem; illic tamen locus erat progressionis,  
et expectari poterat *Plus ultra*, videlicet Chri-  
sti mors pro humani generis redemptione: post  
eius quoque mortem et resurrectionem locus  
erat augmento, nempe, ut suae mortis, et san-  
guinis pretium nobis efficaciter applicaretur;  
sed postquam Christus se praebuit nobis ali-  
mentum, faciens nos propriae substantiae, ac  
vitae suae participes, deleri potest, *Plus ul-  
tra*: quoniam iam nullum superest excellen-  
tius amoris iudicium sperandum, cum hic di-  
vinitus amor terminus, et limitem clausit  
suae in nos immensae charitatis. In cuius rei  
typum videmus petenti Esau a patre suo Isaac  
benedictionem, patrem respondisse (Genes. 27):  
*Frumento, et vino stabiliis eum; et post haec  
filii mei quid amplius faciam?* Ad quorum ver-  
borum intelligentiam placet pariter explicare,  
quod olim Deus per Isaiam animae promisit, in-  
quiens (Isai. 28): *Cibabo te haereditate Iacob, ubi  
textus Hebraeus ait: Concedere faciam, te haeredi-  
tatem patris tui.* Quam promissionem impletam  
censet Prosper in convivio, et miraculo, quo  
Christus quinque panibus, et duobus piscibus  
tot hominum millia saturavit; pace tamen Pro-  
speri crediderim praedicta verba, non de corpo-  
ris alimonia, sed de illa, quae fit per hoc sacra-  
mentum, fore interpretanda. Unde cum inquit  
Deus, *comedere te faciam etc.* promittit nobis  
carnem Filii sui, mirabilis hoc sit corporis sa-  
cramento velatum. Sed ut hanc expositionem  
reddamus firmiorem, inquirendum prius est,  
quae fuerit haec haereditas Iacob, non enim  
fuit argenti, vel auri, non optimi, vel censuum,  
sed panis tantum, et vini, quemadmodum pa-  
ter dixit eidem Iacob benedictionem accipienti  
(Gen. 27): *Det tibi Deus de rore caeli, et de*

pinguedine terrae abundantiam frumenti, et vini. Quam abundantiam hinc videbis esse veram haereditatem Iacob a patre promissam, quoniam petenti postea Esau, ut si reliquam habebat aliam benedictionem, sibi imperiret, et in ea se fratris tui praefereat, respondit (*ibid.*): *Frumento, et vino stabiliti fratrum tuorum, et post haec sibi mihi quid amplius faciam?* Quasi dixisset, nulla mihi superest impendenda tibi benedictio, nulla tanti pretii haereditas, ut te per illum panem facere fratre tuo locupletior. Hoc ipsum etiam apud Ezechielem verum esse reperiemus, ubi postquam Deus nulla beneficia, quibus animam locupletaverat, narasset, quam a se dicit bysso, et purpura vestitam, et varii coloris amicta ornata, inauribus, torque, corona, et annulis honestatam, quibus ornamentis nihil iam accedere posse videbatur, Deus Iamam post haec munera et dona ultimum adiungit, tanquam omnium pretiosissimum diem, (*Ezec.* 13): *Similium, et mel comeditis:* ac si dicat, dedi tibi in victum, et alimentum panem similitudinem, dulci melle conditum: ubi manifestum est, non loqui Deum de materiali pane, siquidem non est maioris aestimationis panis frustum, quam torquis aureus, vel corona, quibus eam Deus exornaverat. Quamobrem de sacratissimo hoc sui corporis pane sermonem esse dicendum est, quo animam nostram in hunc modum alloquebatur: ecce ego te o anima Iavi aqua, quae a latere meo fluxit: ego te sanguine meo redemi: meo te profusa gratiae veste decoravi, et polyanitum, sive diversorum colorum, ac virtutum vestem alterum superposui: collum tuum torquo obedienciae, aures tuas inauribus fidelitatis: caput tuum diademate charitatis ornavi, nec his contentus, totum in te profundans amorem, faciam ut similes, et mel cometas: dabo tibi mei corporis sacramentum, ubi panis est florens humanitatis meae, cum melle divinae suavitatis, omne habens delectamentum, et saporem. Itaque postquam Christus carnem suam, et sanguinem nobis in victum, et potum reliquit, nihil iam superest eius amoris, quod communicare nobis valeat excellentius, et quod maioris aestimationis, vel dignitatis esse queat. Hinc intelligetis verba charissimi eius discipuli Ioannis, qui loquens de magno amore, quem Christus praesulit in huius sacramenti institutione, dixit (*Joan.* 13): *In finem dilexit eos.* Communis doctorum in haec verba expositio est, discipulos Christi fuisse ab ipso usque ad finem vitae dilectos; est tamen, ut mihi videtur, nimis angusta haec interpretatio, siquidem planum est etiam post mortem ab ipso amatos. Quare sicut ego arbitror, explicatio verior, et litterae convenientior erit, si dicamus discipulos a Christo dilectos amoris tanta vehementia, ut vis eius, atque efficacitas ad terminum et ultimum benevolentiae lineam pervenerit, explens totam huius amoris capacita- tem, quod nullus alius praeter Christum fate- re potuisset. Quamobrem etsi verum est, quod humani generis indigentia posita in lance una, et in altera Christi lacryma, unum eius suspirium omni nostrae inopiae, ac moeroris, et tunc- clis, ac singulis humani generis calamitatibus

praeponderaret; si vero Christi amor, mors eius, et dolores omnes ponderentur, putave- rim certe, ut laeces aequentur, nec satis esse verbera, clavos, spinas, et crucem eius gra- vissimam, nisi pariter cum his in eadem lance posueris carnem Christi in cibum, et sanguinem in potum conversum, aliter enim exequari lanceas, aut Christi amori satisfieri non poterit. Quoniam igitur in hoc divino sacra- mento id Christus implevit, et perfecit, ideo discipulus eius dilectus inquit: *In finem dilexit eos;* id est, eo processit Christi amor, erga suos, quo divinus pariter, et humanis eius amor progredi poterat, seipsum cibum hominibus dando.

Tertia supremae illius coenae circumstantia est, quam Evangelista Matthaeus, ut in principio proposuimus, recensuit, dicens (*e. 26*): *Fregit, et dedit, accipite, et manducate.* Fregit panem, sub cuius specie corpus suum tecum eis praebebat. Sed posset aliquis Christo panem illum se frangenti dicere: Domine, si panis iste est symbolum amoris, foederis, et continuationis spiritualis, cum illum frangis, et dividis? Nam et Pythagoram referunt inter alia eius praecepta hoc etiam statuisse: *Panem ne frangas;* ut significaret, esse non debere inter amicos panem divinum, sed communem, cum igitur in Christe amatissime, verus, et perfectissimus amator, amicisque sis fidelissimus, quomodo in mensa, et coena Iva panem fran- gis, cum per ipsum non divisionem, sed unitatem animarum inter tuos esse desideres? Sed non est huius dubitationi locus: nec enim Christum panem frangens, sibi retinet aliquid nobis utile, cum se ipsum totum nobis dedit. Et cum frangitur panis, id fit quod eius tantum accidentia, ut dixit s. Thomas: *Signi- ficantur fractura;* substantia vero accidentibus inclusa, quae Christi caro est, non frangitur, sed integra manet, et illaesa, ut canit Ecclési- astica: *A sumente non conciusus; non confectus, non divisus, integer accipitur.* Ut tamen in saceris Bibliis versalis faciam satis, explicabo verbum hoc, *fregit*, sed prius praemittendum censui, quod narrat Titus Livius (*lib. 1*), memorans pacem inter Romanos, et Albanos initam, ubi ait, quod ad ineunda foedera haec soli erant uti caeremonia. Secabatur vitulus in duas partes, et inter eas ita divisa foederati transibant, irrantes illum, qui foedus violas- set, non secus ac vitulum illum proscindend- um. Huius caeremoniae poeta Virgilius (*l. 8. Aeneid.*) meminit, immo et apud Hieremiam invenitur, sic ea de re scribentem (*e. 34*): *Non observaverunt verba foederis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum, quem conderunt in duas partes, et transierunt inter divisiones eius.* Quibus ita constitutus, et cognitus, nemo est, qui nesciat, sacramenti huius essentiam esse, quem Christus dixit (*Joan. 6*): *In me manet et ego in illo.* Per quae verba coniunctio Christi cum anima illum recipientis, et foedus pacis inter utrumque significatur. Cum vero pactum hoc, et foedus pacis ad ambos pertinet, utitur eo, quem memoravi ritu, dividens huius sacrificii mate- riam, dum panem frangit, ut doceat, aeternae mortis tradendum eius pacis, et inhi foederis

violatorem, quemadmodum in proditore Iuda impletum vidimus, qui corpus Christi indignus accipiens, *Suspensus erupit modius.* Quia tamen Christus a fodere non desedit, et quoad ipsum in illa pace violari non coepit, etsi vitam amisit, in cruce corpus eius mansit integrum, non fractis erubris more latronum a cruce pendendum, quibus consuetudo erat, ut crura frangerentur. Tandem post fractionem panis, inquit Paulus; Christum dixisse: *Accipite, et manducate.* Res certe mirabilis: *Accipite, et manducate.* Res certe mirabilis; et omni stu- pore suspicienda, in qua videtur Deus, quasi suorum oblitus mortuum, mores velle induere novos. Deum enim homo ad convivium olim sollicitabat, nec Deus preces eius facile au- diebat, ut factum est inter Loth, et duos an- gelos, qui Deum representabant, quos ille vi- dens profusius in genua prostravit, eos vehe- menter orans, ut domum suam intrare, et ille comedere dignarentur; qui tamen respon- derunt (*Gen. 9*): *Minime, sed in platea manebi- mus;* qui tandem non nisi compulsi, sancti Loth domum ingredi voluerunt. Hanc, Domine, rogaris gaudes, nec facile rogantis preci- bus acquiescis? Elucebit aliquando dies, quo mandus par pari reddat. Rogabis hominem, et te ipsum et offeres; nec multum ille abs te rogari curabit. Quod certe hodie comple- tum videmus: Christus enim invitatur: *Accipite, et manducate, hoc est corpus meum;* et tamen ea est quorundam hominum negligentia, et ir- reverentia, ut tam pia, et liberali Dei ipsius voci obsurdescant; et ad eius proferre con- vivium parviant, ac negligant. O immen- sam Dei liberalitatem, o eximiam bonitatem, o inauditam hominum vecordiam. Fieri nec potest, ut bonorum omnium largitore Deo no- stro nos invitante, et vocante, non ad manna, vel coturnices, non ad comedendum librum, quem angelus Ioanni obtulit, dulcem quidem ort, sed amarum stomacho; sed ad convi- vium propriae carnis, et corporis, in quo dapes offeruntur regiae, quia Christus rex est; dapes caelestes, quia Christus de caelo descendit; dapes divinae, quia Christus est Deus; ta- men cum tanta divini huius convivii maiestas sit, et utilitas, pauci admodum sint, qui tam apparatus mensae acumbere satagant, et ut par erant, accumbant? Nescio certe, quo posset modo Christus magis excitare hominum appetentiam ad comedendum, quam cum carnem propriam liberalissimus offert: *Accipite, et man- ducate, hoc est corpus meum.* Hoc loco non mutare sermonem non possum, et in eos invecti, qui conscientia impuri ad tam parum, et sanctum accedunt sacramentum. Dicite, quae- so, si aliqua in vobis fides est de Christi vera in hoc mysterio praesentia, quomodo peccato mortali contaminati sacratissimum corpus sumere audeatis? Quomodo detractor effeminate, atque iniuriose Christum audes intra foetidum pectoris sepulchrum sepelire; illumque, qui te celo bene cepit, in turpissimum animi tui, morumque infernum immittere? Et te divinum lalet edictum? Et ignoras eum Ioanni in spiri- tu oscinum, fuit convivium, quod Christus suis ministrat fidelibus, quod exiit praeco, qui Dei angelus erat, alta voce, antequam con-

vivantes mensae acumbere, illa clamans: *For- tis canes, fortis impudici!* Ecce repelluntur ab hoc convivio vitae turpis homines, et qui in- star canum, vix post sacramentum peniten- tiae foras emissa peccata redierunt ad vomitum, Abiguntur etiam, qui canibus rabidis simi- les, aliorum virtutibus allatrant, et de proxi- morum fama, et honore delatrant: non enim hic panis canum, sed filiorum est, nec homi- num quorumvis, sed digne accedentium; pa- nis inquam, angelorum. Foras igitur impudi- ci; foras illotae frontis homines, quos nullus tenet pudor accedendi ad hoc verum, et caele- ste manna, memores adhuc Aegypti, et cae- parum eius, turpibus, et inhonestis voluptati- bus carnis assuefacti. Vallis dicam vobis, quid his plane miseris hominibus accidat? quod mi- sero configit Aman, qui de convivio sublatas fuit in patibulum: quod Israelitis, de quibus scriptum est (*Psal. 77*): *Adhuc esciae eorum erant in ore ipsorum, et ira Dei descendit super eos:* quod ei, de quo in Evangelio nuptiarum, qui veniens ad convivium non habens vestem nup- tiales, missus fuit in tenebras exteriores: quod fratribus Ioseph, qui venientes in Aegyptum, inveniuntur pro frumento vincula, ut dixit Da- vid (*Ps. c.*): *Fiat mensa eorum in laqueum, et in scandalum.* Quemadmodum tandem hi lu- dum imitantur proditorem, qui primus om- nium indigne huic sacramento communicans, post acceptam a Christo sacramenta panis buccellam fuit a satana correptus, dicente Ioan- ne (*cap. 8*): *Est post buccellam intravit in eum satanas;* sic ab eodem satana invaduntur, et occupantur, per indignam Dominici corporis communionem in ipsorum animas pene- trant. Accidit his, quod ursori apiarum intranti- bus, et alveo rumpentibus, ut melle vescan- tur; qui dum favos edunt, simul etiam devo- rant apes, quarum aculeis laeduntur, pariter cum esu ponam interperantiae suae, et li- guritionis subententis. Ita qui ad hunc favum dulcissimum sanctissimi Sacramenti audeat, et indignus accedit, credat non impune se id laturum, et statim animam suam a satana cor- ripendam, et possidendam. Denique sicut pi- ces hamum simul cum esu glutunt, et unde vitam sperabant, mortem accipiunt; sic impudentes, et impij homines hunc vitae ci- bum assumunt; hamum quoque mortis devo- rant: Nam mors est vitis, rita bonis. Quam- titinam nobis digne accedentibus in hoc sac- culo per gratiam, et in futuro per gloriam largiatur ille, qui cum Patre, et Spiritu san- cto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

*Quod si quis non habet gratiam, non potest accedere ad hoc convivium, nisi per gratiam, et in futuro per gloriam largiatur ille, qui cum Patre, et Spiritu san- cto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

## HOMILIA II.

*Explicatio Apostoli Pauli verba: Dominus quidem Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit, et dixit: Accipite, et manducate, hoc est enim corpus meum.*

Considerans in Canticis Sponsa, quantum referat ad sinceram, ac certam divinorum mysteriorum cognitionem, humanis non assentiri sophismatibus, quippe cum ea, quae supra narrata sunt, intra humanae rationis, et lucis naturalis terminos non claudantur, fieri non potest, quin in illarum investigatione decipiamur, ut solent oculorum lumine carentes in coloribus, quos nunquam videntur, diudicantes. Potest Sponsa admittere, et assidue a Sponso suo, ut mentem suam illustret, et quae fidei rebus acquiescat, et prompte, ac facile Dei voci, ac verbis obtemperare. Quod a Sponso concessum, et indultum liberaliter indicant verba illa suavissima, quibus Sponsam alioquens respondit (*Ibid.*): *Vulnerasti cor meum soror mea in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.* Ubi manifestum est non loqui Sponsam de oculis Sponsae corporis, quibus aequae pulchritudinis, nulla ratio erat, et vulnere caret. Sermo igitur hoc in loco est de oculis spiritualibus, quorum unus rationis, alter fidei est, huiusque oculi pulchritudine Sponsa ait se fuisse sociatam: prius enim oculi, videlicet, rationis humanae venus communis est omnibus, qua non carere gentiles, non barbari, non idololorum cultores, qua et ipse fenebrarum princeps Lucifer prae caeteris valet, et praestat. Possimus etiam hos duos oculos ad unum revocare, rationem humanam, cum fide mysteriorum se conformantem, ita ut dicat Sponsus se amore Sponsae suae captum, eo quod mentem, et intellectum suum arcans fidei adae subiecerit, et non iam duo, ac diversi, sed unus, et conformis in ipsa oculis fidei, et rationis esse videatur. Quam expositionem fulcit, quod sequitur (*Ibid.*): *Et in uno crine colli tui:* perspicuum enim est non delectari Sponsam uno Sponsae crine, cum reliqua eius coma non minus pulchra, et aurea esset: unde non erat numeri, sed conformitatis illa unitas, quae Sponso in oculis, et in crinibus Sponsae placebat. Quare cum ait: *Vulnerasti cor meum soror mea in uno oculorum, etc.* idem est, ac si dicat: quoniam rationis, et fidei lumen uniter in te lucet, nec turbatur in te, sed mirabiliter convenit, ita ut nulla in ipsis repugnantia iudiciorum sit, *Vulnerasti cor meum*, animum amore tuo sauciasti. Assignari quoque posset alia interpretatio de crine uno quo Sponso capiebatur: nam crinis, sive capillus, etsi vitam quidem habet vegetantem, omni tamen sensu caret: ideoque admota fornice, vel novacula, nullus eis adest sensus doloris. Gratulamur ergo Sponso est, quod Sponsa tantam habeat fidem, ut non solum in

ea factus ex duobus oculis unus fuerit intuitus, sed etiam instar crinis quasi sensum non habens, iam non sensum iudicio, sed vocis divinae praecepto ducatur. Id hodierna die optime praestat Sponsa, quae ut melius veritatis scopum attingat, iaculatores imitat, ut certior sit iectus, unum claudit oculum, qui ad humana divertere solet, et alterum qui fidei est, et divina prospicit, solum intendens, cognoscit, et fatetur, non esse sub accidentibus panem, seu vinum, sed verum sui Sponsi corpus, quod ipsa dum credit, sensum iudiciorum oblectans, aspernatur saporis et odoris arbitratur. Sponsi vocem amplexa, dicens (*Joan. 6*): *Caro mea vere est cibus.* Ardebat illa desiderio videndi Sponsum suum in hoc sacramento: ideoque melius, et clarius aspeclatur, amborum oculorum aciem in unum conicit, et reiecit, ne visui obisint post terga crinibus, hoc est neglectis, immo et repugnis sentiendi facultatibus, nam ut canit Ecclesia: *Etsi sensus deficit, ad fruendum cor sincerum sola fides sufficit.* arum intendit fidei, et scopum quem destinaverat, feliciter attingit: unde Sponsi animum ita in amorem suum illic ita pertrahit, ut protinus saucius dixerit (*Cant. 4*): *Vulnerasti cor meum, soror mea;* sed ut alii verunt, *Excordasti cor meum;* id est, vitam cordis mei ad te transfulisti. Hinc accepta occasione incipiam declarare proposita in principio Pauli verba: *Dominus quidem Iesus in qua nocte tradebatur.* Primum notat Apostolus tempus nocturnum, in quo divinum hoc sacrificium fuit institutum: quoniam cum sacramentum hoc sit imago quaedam, et memoria passionis Christi, quo moriente, *Tenebrae factae sunt super universam terram,* oportuit in huius institutione sacramenti nocturnam adesse tenebram, ut figura figurato conveniret. Potest pariter dici, propterea nocturno tempore id factum, ut attentius monstraretur, quam opus tam excellens, et admirabile requirebat: vox enim silentio gaudet, ac tunc maxime quiescente rerum externarum strepitu animus ad contemplationem liberus, ac vehementius incumbit. Praeterea quemadmodum, cum sol in nostrum emergit horizontem, nos lumine, et antipodes caligine perfundit; sic instituto huius sacramenti noctem nostram illuminavit, sicut diem, et facientes sub pedibus nostris caliginis regionem magis lububrem reddidit, et obscurior: nam per hoc sacramentum, et eius auctorem pro nobis morientem Lucifer dominatum, et tyrannidem amisit. Sed convenientior institutio nocturnae illa ratio est, quam superiore homilia coepimus, humanae rationis lumine nequaquam posse nos tantum assequi mysterium; sed fidei solo auxilio, non tamen dilucide, sed ad noctem eius, et obscuritatem, de qua David (*Psal. 138*): *Non sicut dies illuminabitur, quod et docuit Sponsa inquisiens (Cant. 2): Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi, et fructus eius dulcis gutturi meo:* non enim aliter angelicus hic panis, et cibus bene comeditur, nisi

adumbrante fide, quemadmodum praedictae Sponsae verba declarant, ut illo videntes, per illum vivamus, et fidei noctem, tamquam iubar divini aenigma sectantes, ad manifestam aeterni convivii gloriam, et visionem perducamur. Convenit huic proposito perquam optime quod Iohannes vidit in Apocalypsi, et scripsit his verbis: *Vidi unum angelum stantem in sole, et clamavit voce magna, venite, et congregamini ad coenam magnam Dei, ut manducetis carnes regum.* Angelus sole innixus, et sub pedibus solem habens ostendit, lumen nostrae rationis in divinorum perscrutatione sub pedibus ponendum, et calcandum: ideoque in hoc convivio non ad lucem solis, sed ad facultatem fidei nobis esse manducandum: quod et nomine indicatur huius sacramenti: illud enim Paulus coenam vocavit, non prandium, quod meridie tempore fieri consuevit. Quare cum intellectus humani oculos claudere, et fidei splendens lumine his regalibus, ac coelestibus dapibus accumbere debeamus, non venit ad hoc convivium curiosus ille, qui vitam emerat, de quo legimus in Evangelio (*Mat. 22*): *Vitam emi, et eo videre vitam.* Nec ille alter rebus intentus humanis, qui bonum par experiri volebat. Omne namque humanae rationis experimentum, ac visas comprobatio abesse debet, ut fides habeat meritum, ubi humana ratio non praebet experimentum. Quam ob causam lanam caeci, et claudi iussu Domini ad huiusmodi convivium vocabantur. Solus ad hoc fidei mysterium admittitur auditus, reliquis longe relegatis sensibus, ut in persona Dei locutus est Isaias (*e. 55*): *Audite audientes me, et comedite bonum;* quae verba mihi me possunt de cibo, quo reficitur corpus, intelligi, non enim auditu comedimus. Quod Isaias docere volens, iubet ut audientes comedamus, id est animum praeparemus fide, quae ex auditu est, sub illo sacramento Christi corpus, et animam delitescere credentes, et ut monet Paulus (*1. Cor. 10*): *Intellectum nostrum in captivitatem redigentes.* Sed placet nomen illud, captivitas, diligentius interpretari: iubet enim Paulus, ut intellectum nostrum non secus, ac rebellem protervumque servum tractemus illum in vincula conicientes. Quis enim vestrum, si mancipium percontaretur vestri pectoris arcana, non illico contracta fronte, ac torvo supercilio responderet? O furcifer, cur ad te non pertinentibus rebus te inseris? Noli plus sapere, quam oportet, nisi propriam vitam, et salutem odio habeas. Non aliter praecipit Apostolus insurgendum contra humanae mentis acumen, et argumentationis, si quando curiosius divina mysteria tractare praesumat. Dicit quoque potest: *In captivitatem redigentes,* idem esse, quod illicentes, et irridentes fidei compediens, ne ab officio deficiat, illum vinculis tenentes, quasi accipitrem, cuius pedibus solet auncupis retinacula, et capiti operimentum imponere, ut non altius, quam opus est, efferat volatum, sed intra fidei praescriptum terminum diversetur. Potest etiam exponi iuxta bellauntiam consuetudinem, qui postquam urbem, vel arcem expugnaverunt, cum primum ingrediuntur, urbis, seu arcis capiunt

CARTHAGENA DE SS. TRINIT. ET CHRIST. DOM. — Vol. IV.

principalem custodem, ut reliquam turbam facilius rodigant in polestalem. Anima nostra arx est fortissima intra corpus, cuius gubernator, et dux est intellectus; reliqui sensus, quasi praesidiarii milites: quare cum fides catholica expugnare animum, ac sibi subiugare velit, eius praefectum, et moderatorem intellectum redigi iubet in captivitatem: sic enim absque ullo negotio reliqua eius praesidia, id est sensus, in obsequium Christi rediguntur, et a fide veritatis magistra corriguntur; ne labantur in hoc ipsis admodum lubrico mysterio, a quo praeter unum auditum, quoniam ex eo fides est, ut docet Apostolus, repelluntur. Excellentius hoc nobis insinuavit Patriarcha Isaac, qui benedictionem impertiens filio suo Jacob, putans se benedicere Esau primogenito, deceptus odore fuit, fragrantium illam, quam in eo sentiebat, ex agri odoriferis floribus, et herbis tractam exestimans; dixit tunc (*Gen. 27*): *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni.* Qui etiam deceptus fuit in tactu, dum manus Jacob pilosis chirothecis tectas, putavit esse manus Esau, inquis (*Ibid.*): *Manus meae sicut Esau.* Elusus et in gustu, arbitratus se vesci carnis, quas in veneratione episcopi Esau, cum hodierno de grege sumptum manducaret. Sola denique vox et non impositus, ideo inquit: *Vox quidem vocis Iacob.* Simile tibi accidit in hoc sacramento: nam si quantitate hostiae tetigeris sacrata, decipieris tactu, cum idem sit, quem antea panis habebat: si gustaveris, idem experieris, quod abutit consecrationem: si odoratus fueris, non abutit hostia sacra, quam quae non sacra, non dabit odorem; et si ad auditum confugas, et ad Christi vocem te converteras, in viam reduceris veritatis, et ab errore sensuum avocatus assenties Christo dicenti: *Hoc est corpus meum.* Quicquid igitur catholicus est, ubi primum audierit hanc Christi vocem, et verbum potentissimum, quo panis substantia in carnem Christi convertitur, imitetur Ezechielis animalia, quae vocem de coelo audientia inclinabant obedientiae, et subiectionis. Demittat, qui Christianus est, caput, non solum corporis, sed multo magis animi, cum audit: *Hoc est corpus meum;* et fidei magisterio subiciens intellectum altiora ne quaesierit. Credit quod non videt, ne sit formicus deterior; et eius stultitiam, et pigritiam Salomon reprehendat, inquis (*Prov. 6*): *Vade ad formicam, o piger, et considera vias eius.* Solent enim formicae facto agmine a remotis locis properare ad frumenti acervum, quem nunquam antea viderant, odore tamen praesensent, quarum saltem industrium, et diligentiam tu deberes imitari, non commemoratis intra humanae rationis angustias, sed pergens ulterius, ex altiarum rerum vestigiis ad veritatem festina, fidei ductu securus, instar formicae, quod non videt, frumentum appetentis. Non ignoras illapsam vitibus aquam in vinum postea converti: sublatum de terra vaporem partim deflere in pluviam, partim in pruina, et alia id genus transmutari; imbribus in terram fluentibus, varia genera fractuum, et arborum gigni; quae

omnia, et alia innumera cum passim naturae ordine fieri videas; cur tam eris piger, et ingnavus, ut ad sublimiora non surgas, et his adiutus adminiculis credas, in hoc divino mysterio substantiam panis in Christi carnem, et vinum in eius sanguinem transformari?

Quoniam tamen a Pauli verbis aliquantulum diverti, ad ea declaranda orationis cursum revocandus est: *Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem etc.* in nocte scilicet, in qua tam male olebat os mundi, ut Ioannes de ipso dixerit (*Apoc. 13*): *Aperuit os suum in blasphemias*; ea in nocte praebet clementissimus Iesus buccellam suae carnis, qua pestilens ille odor depelleretur: erat enim adeo molestus, et gravis Deo, ut Christus dixerit (*Ps. 21*): *Salva me ex ore leonis*, id est, libera me a leonibus eius foetore gravissimo. Sed quales, Domine, quomodo leonis istius crudelibus ungue, et ferociam non reformidans, solum a malo eius odore salvum te fieri postulas? Quoniam revera tam molestus hic foetor erat Deo, ut ad illum tollendum opus fuerit Christi carne, quae omnem superat fragrantiam unguentorum. Facit ad hanc rem, quod narratur de Samsone, qui cum leone congregiens illum occidit, ad eundemque postea rediens, in ore cadaveris iam corrupti, et foetentis favum mellis invenit. S. Augustinus Christum vocat apem, quae favum huius sacramenti divinitus elaboravit, eo tempore, quo Iudeorum ora sacrilega in ipsam tanti boni auctorem omne blasphemiarum, et iniuriarum genus eructabant. Illis tamen tam indigno, et tam impie Christum persequentibus, et dehonstantibus, ait ipse: *Accipite, et manducate, hoc est corpus meum.* Admiranda profecto, et ineffabilis Christi erga nos charitas est, qui dum illum gravius offendimus, magis nostram curat salutem, ut appareat in coeco, quem illuminavit, Iudaeis ipsam lapidibus obruere volentibus; et Malcho auriculam restituit, dumque per tribunalia trabebatur, amicitiam inter Herodem, et Pilatum conciliavit: ac tandem in qua nocte tradebatur, cibum vitae largitus est, et fundere cupientibus ipsius sanguinem ministrat poculum salutiferum, inquit: *Accipite, et bibite.* Hinc patet amoris ille excessus, quom Sponsa significavit, dicens (*Cantic. 1*): *Fasciculus myrrinae dilectus meus mihi*; quod alii vertunt; *Fasciculus camphori dilectus meus mihi.* Quod ut intelligatur, notanda est camphori natura, cuius gummis igni accensa si concitatur in aquam, vehementius ardet, et unde videbatur extinguenda, fovetur, ac magis resplendet: idcirco inquit Sponsa: *Fasciculus camphori dilectus meus mihi*, quoniam nullae iniuriarum, et opprobriorum inundationes, quas in ea nocte sustulit Christus, extinguere poterunt ardentem eius charitatem; immo multo magis auxerunt, et excitavit. Addit post haec Paulus, *Accipit panem*: illum nempe, cuius accidentibus sanctissimum suum corpus clare, ut se nobis cibum relinquere, oprobabat. Immensa Christi dignatio, inaudita munificentia, quod rerum omnium conditor, et vita, se voluerit rebus vita, et sensu carentibus submittere, qualis panis,

et vinum est. Mirabiliter id nobis praesignificavit David, qui Saulem fugiens, venit in civitatem Geth, ubi morabatur Achis rex Philistaeorum, qui Davidem cognoscens, quod suo duci Goliath caput amputasset, ad regem adduxerunt; ille vero ut mortem vitare, fatuum se, et amicum simulavit. Concutiebatur caput, corpus, et latera tactabatur, spuito Ianaus pingebat: quem similia facientem Achis cum vidisset, ratus non esse Davidem, quem prudentissimum, et sapientissimum esse audierat, dixit satellitibus illum afferentibus: *Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me?* Sanctus Augustinus hunc locum Christo applicat, atque hanc Davidis dementiae fuisse imaginem rei, quae Christo accidit, qui cum dixisset Hebraeis, *Panem quem ego dabo, caro mea est*, reiectus fuit, et irrisus ab eis, id minime credentibus, sicut David a rege Achis contemptus fuit: Achis enim latine idem est, quod incredulus, et dubius, quales fuerunt Iudaei, promissionem Christi irridentes, cum dixerunt: *Quomodo potest hic suam carnem dare ad manducandum?* quasi dicerent, amens certe hic est: quae namque potest excogitari maior amentia, quam carnem suam nobis cibum polliceri? Considerate igitur Christiani, quantum se Dei altitudo demiserit, huic supposita sacramento: siquidem ea de causa mundus illum mente captum iudicat, et despiciunt. Sed quid mirum, cum amaret? Vere enim dixit Publius Aemilius: *Anare, et sapere via Deo conceditur.* Et latini significativi amorem esse proximum insaniam, una tantum syllaba distinguitur apud ipsos nomen amantis, et amentis. Quamobrem cum Deus sit perfectissimus amans vi amoris, quo nos prosequitur, tam profunda se humilitate deiecit, ut mundi sapientes illum insanire censuerint, qui aliquo sapientia Patris est. Sed ad historiam Davidis revertens, notandum est, septuaginta Interpretes vulgatae interpretationis verba, *Colabatur inter manus eorum*, ita vertisse, *Ferebatur in manibus suis.* Quod cum videatur esse difficile, miratur Augustinus, explicans Psalmum 33, quomodo David suis manibus ferri poterit. Aliorum enim manibus non paucos honoris, vel imbecillitatis caesa gestari contingit, suis vero neminem; nec enim manibus, sed pedibus incedimus. Quamobrem id non posse de Davide intelligi, Augustinus concludit, ideoque de Christo Domino verba illa, *Ferebatur in manibus suis*, interpretanda esse affirmat. Vere namque in ea nocte, quando cum discipulis cenavit, et hoc sacramentum instituit, se ipsum tulit, et gestavit in manibus suis. Quod si significarent Apostoli, sanxerunt, ut docet s. Clemens (*in libro de constitut. Apost. lib. 8. c. 13*), ut Christianis Eucharistiam recipientibus, Psalmus caneretur, cui erat titulus, *Davidi, cum immutavit cultum suum coram Abimelech*: nam quemadmodum David in illa simulatoe visus est amicus, cum esset sapientissimus; ita Christus Patris aeterni veri sapientia voluit mundi sapientibus videri stultus, et insipiens, nobis se ipsum sub specie panis, et vini spirituale praebens alimentum. Post haec cum hoc beneficium tam ma-

gnum esset, ac singulare, necesse quidem erat, ut non per alium, quam per ipsummet aeterni Patris Filium gratiae solverentur; quod testatur Paulus, inquit: *Gratias agens, etc.* nam quemadmodum, quando comitia regia, et publici conventus habentur, si rex alicui ex regno civitati aliquod privilegium donat, aut alio officio beneficio, statim civitatis illius procurator, seu negotiorum gestor Regi gratias agit; ita Christus, quem *habemus advocatum apud Patrem*, pro tam amplo in genus humanum beneficio gratias ipsi persolvit. In aliis quidem acceptis a Deo beneficiis creaturae gratulantur creatori, in hoc autem ipsemet sibi complacet, et gratulatur. Concipitur intra Virginis matris uterum; et illico ei Ioannes Elisabeth filius, adhuc intra genitricis viscera clausus, assurgit. Nascitur in stabulo humilis, et inops; et continuo coelitus labuntur angeli, accurrunt pastores, festinant reges, ad eius pedes procrebentes, et congratulantes. Sanguinem pro nobis, et animam in cruce pendens emitit; adstat pendenti mater, et discipulus dilectus, pro humani generis redemptione gratias agentes. Sed pro tam divini sacramenti institutione, et beneficentia non homines, non angeli, non universa natura, eisi tota in lingua verlatur, agere gratias sufficit, ideoque ab ipsomet institutore Christo agi gratias oportuit: *Gratias agens fregit, et dicit: Accipite, et manducate.* Pandit igitur omnes animi vestri sinus, aperite os vestrum, et implebitur Deo, manducate cibum, qui esurire non patitur comedentes, bibite poculum salutare, quod in vitam aeternam salire facit diguae bibentes, quam nobis donare dignetur auctor tanti sacramenti; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA III.

*Expomuntur mysteria, quae clauduntur in nomine, quod Christus huic divino sacramento indidit, illud vocans mysterium fidei.*

Est adeo supremum, et ineffabile hoc sacramentum, ut iure optimo a Christo vocatum fuerit *mysterium fidei*: quae verba quamvis in Evangelio non reperiantur scripta; illa tamen dixisse Christum, quando vinum in suum sanguinem consecravit, docet catholicae Ecclesiae traditio, quae his in consecratione calicis utitur. Magnus, et sublimis Deus noster significatur hominibus, opera naturae, et gratiae secundum idem exemplar, id est divinum intellectum, fuisse condita, et formata, unumque, atque eundem esse tam naturae, quam gratiae auctorem, multa, quae in coelo spiritali Ecclesiae militantis operatus est, curare non vult cum his, quae in coelo materiali creavit: nam sicut ornavit coelos septem planetis fulgentissimis, inter quos unus praecipuus sol, cui locum praebuit honoratorem, in

medio coelorum eum constituens, ut tamquam a corde ceterorum siderum virtutem, et fulgorem omnia reciperent; sic in hoc crystallino coelo militantis Ecclesiae posuit Deus septem pulcherrimos planetas, id est, septem sacramenta, quorum sol est hoc altaris sacramentum, in quo Sol iustitiae Christus Iesus laet, et a quo, tamquam fonte ac peteni vena honorum, virtus, gratia, et efficientia derivatur reliquorum sacramentorum, ad puritatem, et vitam aeternam animis nostris comparandam. Scribit Aristoteles (*in hist. de anim.*), quod interdum aquila alterius generis avibus, quales sunt milvii, coire solet: quae ut legitimum foetum ab adulterino distinguat, pullos radiis solaribus exponit, et quos videt ad lucem solis convenientes, rostro deicit tamquam illegitimos; quos autem fixo intuitu solem prospectantes animadvertit, tamquam prolem suam retinet, fovit, et tuetur. Non aliter Ecclesiae mater fidelium, tamquam aquila regia, in praesenti festo filios educit suos, ut iustitiae Solem Christum, aethereo sole fulgentiorem, sub rotunda hostiae forma, et intra eius orbem radios suae divinitatis continentem intueatur: quos si videt ad Christi intuitum conivere, quod accidit haereticis sacramentariis, notat illos tamquam filios adulterinos, et nothos, et a nido suo, hoc est, ab Ecclesiae gremio repellit anathemate percussos; quibus vero hoc sacramentum spectantibus non praestringitur acies oculorum spiritualium, nec hallucinantur in fide orthodoxae veritatis, proprios, ei legitimos filios agnoscit, et sub umbra alarum suarum admittunt tuetur, ac protegit. Qui ergo cupit esse legitimus Ecclesiae filius, oculos figat constant in iustitiae Solem Christum, intra illud sphaericum coelum hostiae consecratae conclusionis: per fidem namque omnis humani intitus debilitas roborabitur. E contra vero ii, qui humanae rationis argutis, et inutilibus consequentis locum praebent, necessarium est, ut cum res fidei comprehendere, aut examinare tentantur, diversis involvantur erroribus, et procul a veritatis scopo deflectant. Quamobrem ut feliciter, et sublimis exurgat praesentis homiliae fabrica, opus est prius aperire, et iacere fundamenta fidei, quam vocat Paulus substantiam, inquit (*Hebr. 11*): *Fides est substantia sperandarum rerum.* Sed obicit aliquis, cum fides sit accidentis, quomodo illam Paulus appellat substantiam? Ratio est, quia sicut substantia est fundamentum, quo nituntur accidentia; sic fides universi aedificii spiritalis fundamentum, et basis est: in fide namque stat columna Christianae fortitudinis: in fide surgunt spem patries: in fide intelligentia, et cognitio supernaturalium, et divinorum mysteriorum habet fundamentum: nam ut dixit Isaias (*c. 7*): *Nisi crederitis, non intelligitis*: quod non solum auditoribus necessaria fides sit, sed praecipue verbi sacri praecoribus; qui certe nec loqui, ut oportet, sciunt, nisi prius crederint: fides enim est, quae verba suggerit loquentibus: unde ait David (*Ps. 115*): *Credidi propter quod locutus sum.* Hac fide deficiente sacramentarii haeretici negaverunt Christi praesentiam in

hoc sacramento, relictae fidei, et contradicentes veritati, quam eos hodie Christus docet in Evangelio, inquiens (Joan. 6): *Caro mere est cibus*. Comparavit s. Epiphanius huiusmodi homines insipientes cum cane, quem fugit Aesop in suis apologis flumen transeuntem, qui portans in ore magnum carnis frustum, videns subter aquam umbram ipsius, putansque illud, quod apparebat in aqua, grandis esse, dimisit verum, ut apprehenderet fictum; unde contingit, ut utroque fuerit destitutus. Tales sunt haeretici sacramentarii, qui pro figura et umbra, relinquunt veram Christi carnem, utrumque perdentes: nam nec in figura inveniunt utilitatem; nec in carne Christi saporem; qui se nobis in hoc sacramento praebet animarum alimentum. Hoc igitur incommodum catholici ut vident, debent, momente Paulo, redigere intellectum in captivitate, non perscrutantes curiosa inquisitione mysteria profunda, quae in hoc mirabili sacramento velantur: propterea namque videmus a Deo iussim, ut quando sacerdotes suspellentes sanctuarii de uno loco ad alium transportarent, non illam curioso inspicere (Num. 4): *Nulla curiositate videant, quae sunt in sanctuario*. Unde quoniam Bethsamitae ab hac curiositate abstinere noluerunt, illa detegentes, in faentes, iustam suae temeritatis poenam tulerunt, septuaginta millibus eorum occisis. Ite igitur vos ipsi fratres rationem, quod si Deus sacerdos, pens quo est scientia, et doctrina rerum theologiarum, a curiosa investigatione mysteriorum sanctuarii huius, et recedendi sacramenti abstinere iubet; nonne stultissimus est, qui rerum divinarum imperitus ingenio suo tam sublimia mysteria percipere, et sperare tentabit? Non datur praecceptum, ut intelligamus, sed ut credamus fidei, non experimento praemia promittuntur. Assimilantur fidei arcanæ palmarum Aegypti dactylis: quorum ea natura est, teste Solino (*de nat. hist.*), ut si ante maturitatem comedantur, sitim extinguunt, et cordi sint salatares; si vero iam maturi, comedentis stomacho parum apti vix digerantur, immo instar vini cerebrosi in caput fumantes caligine iudicium involvant, acce intellectus occupata, imperium rationis eripiant. Quamobrem Hadrianus Iunior (*lib. 5. c. 63*) significaturus damnum, quod affert curiosa inquisitio, et nimiam examen divinarum mysteriorum, pingi fecit palmam graecae cum bac inscriptione: *Divina scrutari tentaverim*. Nam dactyli, quemadmodum notavit Hugo theologus antiquus, sunt mysteriorum fidei nostrae symbolum: si enim illis non assentiaris antequam intelligas, sed menti tuae velis quasi mature scire, et accommodare, non utique eam illuminabunt, sed potius contundent, et turbabunt; et si eisdem nondum digestis, et intellectis, quasi dactylis viridibus vescaris, tibi ad intelligendum divinarum mirabiliter adminiculantur. Soleo ipse nostrae fidei mysteria assimilare pilulis, quae non mardendae, sed diglutinae sunt: nam si mandantur, os amaritudinem implent, nec ad stomachum transmitti possunt. Mens hominis est animae os (*Psal. 18*): *Aperi os tuum, et imple-*

*bo illud*: intellectus igitur est, ad quem spectat gloriare, ut dicam, fidei veritates; quas si rationis humanae dentibus confiteri; et minuire volet, statim amarescent; et mandentibus nauseam excitabunt; et illas concipere non valentes, necesse est evomant. Quod igitur remedium, nisi ut clausis oculis in stomachum; id est intellectu transmittatur, ubi calore fidei, et charitatis retentae, afferant animo salutem? Ezechiel (*c. 3*) dixit Deus: *Comede volumen istud*. Numquid honestum foret ut Propheta Deo responderet? Dumine, antequam comedam volumen istud, singula revolvam: nam omnia perlegere, ac intelligere volo, quae in eo scripta sunt; id si facere non conceditur, librum comedere recuso. Targa Ezechiel si dixisset, parvam, aut nullam erga Deum observantiam, et fidem habere iudicaretur, ideoque audita Dei voce statim volumen comedit. Hoc ipsum facere debent catholici, audientes Deum dicentem, *Accipite, et manducate, hoc est corpus meum*, non debent difficultates opponere, imitantibus Pharisaeos, qui dixerant (*Joan. 6*): *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quomodo caro potest esse mentis cibus? Quomodo lotum Christi corpus intra parvae hostiae orbem includitur? Quomodo ad hostiae fractionem corpus eius non frangitur? His, et aliis id genus piis, et catholicis viri locum praebere non debet, sed captivans intellectum sacramenti fidei praebet assensum, non disceptans involvitur mysteriorum, sed clausis oculis humanae rationis, lumine fidei securus comedit, ut Ezechiel volumen: credat Christo dicenti (*Joan. 6*): *Nisi manducaveritis meam carnem, et biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Quorum verborum occultum sacramentum si mente foret, ac non sensu percipiendum, non illud Christus per excellentiam appellasset, *Mysterium fidei*. Sed cur hoc potius, quam reliqua nostrae fidei arcanæ, dictum fidei mysterium fuit? Nonne mysterium Incarnationis est fidei mysterium? Resurrectio, et Ascensio nonne hoc nomen mereantur? Quid vero deest altissimo Trinitatis mysterio, ut mysterium fidei non sit, et nominetur? nihil certe. Quomodo igitur, Domino Iesu, inter tot, et tam sublimia mysteria divino tui corporis sacramento tam gloriosum nomen imposuisti, ut ipsum supra cetera fidei mysterium nominares? Tres huius arcani afferre libet mysticæ rationes. Prima est, sacramentum hoc a Christo vocatum mysterium fidei, quoniam una ex causis, ob quas illud instituit, fuit, ut Deo primi parentis perditionem, et incredulitatem, novo fidei imposito praeccepto, compensaret. Magna Deum iniuria primus omnium genitor affecerat, dum magis daemoni, quam Deo credidit; cum tamen hic veritates, ille omnis mendacii auctor sit. Credidit miser homo suadente diabolo assequi se posse immortalitatem, si vetitum pomum comedisset: dixit enim ei satanas: *eritis sicut dii*; al non credidit Deo aienti: *In quacunque die comederis, morte morieris*; ac propterea Christus illam infidelitatem huius sacramenti fide compensat, ut quod incredulus perdidit homo intra paradisum, nunc extra paradisum credendo recipiat: illic enim

non credens Deo, amisit immortalitatem; hic fidei divinae praestans assensum, recuperat beatitudinis aeternitatem, dicens Christo: *Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum*. Sed, etsi obiter, oportet admirari singularem Dei sapientiam, qui, quoniam per cibum mortem intulit diabolo, per cibum quoque ipse vitam restituit, daemone per viam, quam calcaverat, aggrediens, et subvertens, hominem per eandem restituens, sicut praeclare Isaias in persona Dei alloquens ipsum satanam his metaphorice verbis praeomniaverat: *Ponam circulum in naribus tuis, et reducam te in viam, per quam venisti*. Ad huius difficultatis loci explanationem statuendum est, ut notat Hieronymus, et Gregorius, per nares daemone intelligi in sacris litteris astutiam eius, et sagacitatem: naris enim, tamquam canis venaticus, odorat, et investigat praedam, quam expetit. Quod ne facere queat, ait Deus: *Ponam circulum in naribus tuis, circulum nempe sacrae hostiae, in qua insculptus est Agnus Dei, a pectore meo pendens, quem ego dolis, et fraudibus tuis opponens, Reducam te in viam per quam venisti*: nam si per esum intrasti, per esum, et cibum exibis, et exterminaberis: mortuus est homo, qui tibi credidit, et nunc mihi reciperat. Nam qui manducat hunc panem, vivet in aeternum. Appellat etiam Christus hoc sacramentum fidei mysterium, quoniam etsi ad omnia supernaturalia mysteria fides necessaria est, multo tamen necessaria magis ad hoc sacramentum, propter magnas, et memorabiles, quae in illo se offerunt menti nostrae difficultates, cum ad eius intelligentiam multo minora sint in rebus naturae vestigia, quibus duamur ad veritatem. Id indicat mirabiliter Isaiæ visio, cum vidit magnam, et sumptuosum templum, argenteo, et auro cealum, in cuius throno eburneo Deum vidit sedentem, Seraphim alis vultum, et pedes eius tegentibus, et pariter concinentibus: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, quo mystico cantu mysterium Trinitatis profitebantur. Hoc autem mysterium etsi difficile, promisit tamen Propheta praedicturam se illud, et persuasurum auditoribus, quoniam nil in eo mysterio cernebat, quod magnitudinem Dei non redoleret, ac praesefert maiestatem: ob idque sperabat ad eius cognitionem, et reverentiam homines facile venturos; unde ait: *Ecco ego, mitto me, etc.* Sed cum postea mysterium Incarnationis Filii Dei eidem Prophetae revelatum fuit, videns tantam Dei humilitatem, et insolitum eius magnitudinis abiectionem, petiit a Deo, ne mittat eum huius mysterii praecognitionem, inquiens: *Quis enim credit auribus nostris?* Si ergo tam difficile visum est Isaiæ, praedicare Deum hominem, quanto difficilis indicasset eandem praedicare factum nobis cibum, et alimentum? Tunc enim se demisit Deus, ut naturam humanam mille donis coelestibus cumulata acciperet, sed huc sacramento media unione sacramentali uniri se vilibus vini, ac panis accidentalibus, quo sensu, et dignitate caret. In prima revelatione Isaiæ facta, Deum ille vidit habentem caput, et pedes velatos, reliquas corporis partes detectas, et apertas; ratio vero

est, quoniam etsi rationem naturalem lateat Trinitas personarum, unitas tamen patet divinae naturae, quam universa schola Platonica, et Aristotelica sine aliquo fidei lumine adepti est; et in secunda revelatione Isaias videns Deum operatum, et velatum amico sacrae humanitatis, fulgurantis aëne divinitatis radiis ipsum esse Deum admonebatur. In hoc autem divino sacramento adeo laet sub panis, et vini tegumento, ut exteriori aspectu nil aliud hostia sacra, et quae non sacra est, continere videatur, cum tamen vere una substantiam panis, altera Christi carni, et sanguinem includat integerrime, cum omnibus corporis Christi membris, etsi humanum aspectu latentibus: cui sic abscondit dicere possumus: *Vere tu es Deus absconditus*. Quare si fides est argumentum rerum non apparentium, ut dixit Paulus, iure optimo sacramentum hoc sibi assumit tam honorificum titulum, et cognomen tum a Christo inditum, nempe *mysterium fidei*: siquidem, ut dicunt Theologi, fides est de non visis. His de causis Christi praevidens magnam difficultatem futuram apud homines in hoc mysterio credendo, voluit ut Evangelista eius loannes, antequam de tam supremi arcani institutione verba facere inciperet, homines excitaret ad divinae omnipotentiae considerationem, cum dixit: *Sciens Iesus, quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exiit*: quibus verbis Christum naturalem Dei Filium, et sicut Patrem esse constat omnipotentem, ita et ipsum declaravit. Quod Ioannis praedictum ad huius sacramenti tractationem fuit meo iudicio quasi universalis quaedam responsio, et generalis solutio omnium dubiorum, et difficultatum, quae huic mano ingenio hae in re obstrare poterant. Unde si audis Christi verbis in hoc sacramento nullari substantias, novum modum existendi dari accidentibus, corpus eius ibi non magis occupare locum, quam purum spiritum, ac tandem latum inverti ordinem naturae, leges eius violari et usum; non debes assensum retardare tamen, sed promus, et voluntarius fidem tantarum rerum amplecti, quoniam, ut dictum est: *Omnia dedit ei Pater in manus*; ideoque pari cum ipso potestate, quidquid vult facere, potest. In cuius rei testimonium videmus Ecclesiam catholicam testari, quod Christus consecratur panem, et vinum, sustulit ad Patrem summi omnipotentem oculos: *Et elevatis oculis in coelum ad Deum Patrem omnipotentem*. Ubi advertendum, non dixisse, levatos Christi oculos ad Deum misericordiam, seu liberalem, etiam si Deum pariter misericordiam suam, et liberalitatem in hoc sacramento mirabiliter ostendet, sed sublatos fuisse oculos ad Deum omnipotentem, quoniam hoc mysterium summa quaedam est, et compendium omnium mirabilium, et difficultatum, quae sola Dei potentia facere poterat, ac propterea illius quasi indignus, tantum ad Deum omnipotentem levasse oculos dicitur. Hanc ob causam s. Thomas interrogat, ad quem fidei articulum huius sacramenti veritas pertinet, respondetque ad omnipotentiam, quam protestamur in symbolo, dicentes: *Credo in Deum*

*Patrem omnipotentem*, quoniam in hoc mysterio ita Deus declaravit omnipotentiam, ut illa Heraclea inscriptio notari possit. *Non plus ultra*: hic enim est terminus, et ultima linea divinae omnipotentiae, nec alio transgredi potest. Quare iure optimo inter omnia religionis arcana vocatur hoc sacramentum mysterium fidei. Ad quod etiam docendum pertinere puto, quod Deus in veteri lege saxit iubens, ut quod non posset de agno Paschali comedi, qui huius sacramenti fuit typos, in ignem conficeretur: *Quod residuum fuerit, igne comburetis*. Quo legis praeepto nos monuit, ut quod assequi non possemus in tam imperscrutabili sacramento, remittamus, et relictius ad infinitum Dei potentiam, quae tamquam ignis absumat, et vincat omnes difficultates, quae humanae rationi se opponunt: *Quoniam non est impossibile apud Deum omne verbum*. Dicitur praeterca mysterium fidei per antonomasiam, et excellentiam: quoniam etsi verum est, quod in veritatibus catholicis intelligendis circa Christi divinitatem sensus nostri non se immisceat, immo procul excludantur, quod ea res spiritalis, et incorporea sit, ipsi vero rudes sint, et immersi corporibus, nec efferrant suum volatum super res, quae sensu non percipiuntur, ad intelligentiam tamen veritatum, quas catholica fides nos docet circa Christi humanitatem, sensus humani accersuntur tamquam testes integri, et omni exceptione maiores in huius causae discussione, et veritatis comprobatione: *Palpate*, inquit, *et videte, quod spiritus carnis, et ossa non habet, sicut me videtis habere*. Excellentia ergo huius sacramenti in eo posita est, quod ab ea re, ad quam maiorem habere actionem, et aditum nostri sensus videbantur, excluduntur per fidem, et semel, atque iterum iure suo privantur. In altissimo beatissimae Trinitatis mysterio, in unitate divinitatis, in Trinitate personarum, in consubstantialitate divinarum hypostaseon, in Patris innascibilitate, in Filii generatione, in Spiritus sancti communi spiratione, et aliis innumerabilibus mysteriis, quae in divinis sunt ad intra, intellectus noster non admittitur, sed iussu Pauli captivandus est in obsequium fidei; in hoc autem sacramento non solum intellectus, sed sensus omnes coercentur, et procul abiguntur: nam si gustus sentiat panem gustare, fides docet non iam illic esse substantiam panis, sed Christi: si olfactus dicit se odorari vinum, corrigitur a fide, dicente illic non esse vini substantiam, sed liquorum illum suavissimum divini nectaris, et ambrosiae, videlicet Christi sanguinem, in quem virtute verborum vini substantia convertitur. Quid hoc est, nisi non solum intellectum captivare, sicut in reliquis mysteriis, sed ipsos quoque sensus ablegari? quoniam mysterium est non sensus, vel intellectus, sed fidei, qua fateri debent catholici, sub illis accidentibus vere, et de ipsa Christi maiestatem latere in cibum animarum nostrarum, sicut ipse dixit: *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus*. Sed quid ais, o Domine? Annaverte benignissime Iesu, tuam dedecore magnitudinem, si dicas te Deum esse cibi, et po-

lus: ea namque ratione haereticis praebebitur argumentum ad asserendum, te non esse Deum, et consequenter nec Christum: nam homo, qui non est Deus, esse Christus non potest. Visue, quod aio, videre? recordare artificii, quo usus est Moyses apud Israelitas persuasurus non esse Deum vitulum ex auro factum, quem illi tantquam Deum colebant. Fregit vitulum, et in frusta, ac minutum pulverem comminatum praebuit ipsum bibeundum Israelitis, subiungens: Considerate o stulti, quem adorabatis Deum, esse cibum, quem modo bibistis, et comedistis; errorem igitur istum linquit, et animadvertite Deum non esse, qui vobis cibi vicem supplevit. Mirabilis autem est, quod Deus ipse haec etiam industria erga populum suum in exitu Aegypti usus fuisse narratur: nam, ut refert noster Galatinus *(de arcana fidei catholicae)*, desumpsitque ex libro, qui inscribitur Forlathium fidei, Aegypti pro Deo adorabant agnum flammis circumdatum; Deus autem, ut populo suo aperiret, Aegyptiorum agnum nequaquam esse Deum, sed vanum, et inane simulacrum, iussit ante discessum ab Aegypto agnum ab ipsis per singulorum domos comedi, ut ea re Deum Aegyptiorum cognoscerent non esse Deum, cum agnus humanorum corporum esset alimentum. Quod ita cum sit, quomodo te vis esse cibum, et potum? dicent namque hinc haeretici, te non esse Patri consubstantialem, et consequenter divinum non habere naturam. Huius difficultatis solutio, et responsio expedita est, si dixerimus, magnum esse discrimen inter cibum vivum, et mortuum: nam mortuum in nostram veritatem substantiam, ac per nos vivit in nobis: cuius generis erat cibus, quom Deus, et Moyses praebuerunt Israelitis, atque ideo validum erat argumentum, nec vitulum, nec agnum veros esse Deos, cum Israelitae manducarent, et naturali stomachi calore in carnem ipsorum, et sanguinem converterent; quae omnia prorsus repugnant immutabilitati Dei, dicentis: *Ego Deus, et non mutor*. Si vero cibus, vel alimentum vitam in se habent, contra fiet quam in mortuo; quippe te in se ipsum transmutabit: ideoque divinus hic cibus, cum auctorem vitae contineat, non illum nos in nostram substantiam, sed ille nos in suam spiritualiter transformat; sicut ipse dixit dilecto suo Augustino: *Non tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me*. Hinc etiam colligetur, ut reliquis modo taceam, singularem quandam differentiam, qua differt coelestis hic cibus ab aliis cibis, quibus mortales vescuntur, et convivium hoc a ceteris conviviis, quae in amicorum acerbationibus celebrantur: nam cibo comesto, discus, in quo erat, manet integer, et intactus; in hoc autem mirabili convivio dum cibus editur, discus manditur, et frangitur, sicut accidentia, ut dixit s. Thomas: *Signi tantum fit fractura*; nec tamen cibus ipse, qui est Christi corpus, latens sub accidentibus coesoditur, aut dividitur, ut ex eodem angelico Doctore canit Ecclesia catholica: *Non tangit, non dividit, non contractus, non divisus, non contrahitur*.

*Non contractus, non divisus, non contrahitur*.

Integer accipitur. Nec sumptus consumitur.

Mille, et sexcentum prope sunt anni, per quos Dei fideles hoc divino cibo aluntur, et sustentantur; et tamen nunquam deficit, nunquam minuitur, aut virtutem amittit, sed eandem semper retinet, quam habebat, quando Christus tam salutare, et usque ad finem saeculi duraturum sacramentum insituit; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

#### HOMILIA IV.

*Verba Christi*, Caro mea vere est cibus, etc. *deklarantur multis allatis Scripturae locis, et propositis efficacissimis rationibus, quibus haereticorum insania, praesentium Christi in hoc sacramento negantium, expellitur.*

Communis Patrum sententia semper fuit, proposita verba *(Ioan. 6)*, *Caro mea vere est cibus, esse irrefragabile testimonium, quo vera praesentia carnis Christi in hoc eius sacramento confirmantur*. Hanc catholicam veritatem multa etiam alia divinarum litterarum testimonia consubstantiunt: ex quibus nonnulla in hac homilia subiectam magis notabilia ad praesentis argumenti confirmationem. Quoniam vero in hac re profertiores sunt Hebraei, primum testimonium desumamus a locis, in quibus ipsorum magistri hanc profertentur, et docent veritatem. In clytus ipsorum magister seu Rabbi Kaannana verba Genesis transfert in hunc modum: *Ligans ad vitem civitatem lababit in vino vestem suam, et in sanguine urae pallium suum*; quae verba idem Rabbini explicans, inter alia sic ait: *Haec verba, ligans ad vitem civitatem, ostendunt, sacrificium futurum ex vino, quod transmutabitur in substantiam sanguinis Messiae; quod autem sequitur, rubicundiores sunt oculi eius vino, et dentes eius lacte candidiores, illud significat, quod in sacrificio, quod etiam ex pane conficitur, non obstante, quod album sit, sicut lac, convertetur substantia in substantiam corporis Messiae*. Et Rabbi Moyses doctor inter Hebraeos non minus celebratus, explicans verba Psalmi: *Qui dat escam, seu panem omni carni, quoniam in aeternum misericordia eius, ita inquit: Hoc est, quod dicitur *(Psal. 33)*: Gustate, et videte quam bonus est Deus, quia nimirum panis, quem dat omnibus, ipse est rex Messias, et caro eius: et ubi nostra vulgata interpretatio vertit, *Erit frumentum in terra in summis montium*, Hebraeus legit, *Erit placentia frumenti*, quod interpretans Rabbi Salomon Hebraeorum doctissimus inquit: *Magistri bonae memoriae exposuerunt hoc genus placentarum in diebus Messiae; quam placentiam fore ipsam Messiam sub hoc sacramento latentem docuit satis aperte Rabbi Isaac per haec verba: Sicut redemptor primus, ita est Moyses, fecit descendere manna; ita re-**

*demptor ultimus, id est, Messias, erit placentia frumenti in terra*. Secundum testimonium, et argumentum huius veritatis desumitur a regio Propheta in Psalmis, ubi loquens in persona Dei ait *(Psal. 49)*: *Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos*. Cuius rei duas assignat rationes. Prima est, ut ipse ait: *Quoniam meae sunt omnes ferae silvarum*: statimque subiungit rationem aliam magis concludentem: *Et pulchritudo agrum meum est*. Sermo quidem obscurus est, veritatem ad hoc significandum mysterium aptissimus: nam si agricolam interroges, quae sit agri pulchritudo, respondebit, segetes in agris, et vineas in vineis: frumenta enim, et vicia maxime campos exorant. Hanc pulchritudinem Deus ait esse, quia hoc sui corporis sacramentum institutum erat, et panis ac vini accidentia per sacramentum erant Christi humanitati sacramentaliter unenda: quae duae res supra ceteras omnes fertilem Ecclesiae campum fecerunt, et condecorarunt, ut dixit Zacharias *(c. 9)*: *Quid bonum, et quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virginum?* Quae verba mirabiliter consonant Davidicis *(Psalm. 49)*: *Pulchritudo agrum meum est*. Si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terrae, et plenitudo eius: nunquid manducabo carnes tauro- rum, aut sanguinem hircorum potabo? minime certe: nam cum in Ecclesia sit caro, et sanguis Filii mei, ipsum mihi volo immolari, ideoque Propheta subiicit: *Immola Deo sacrificium laudis*; super quae verba ita loquitur Nicolaus de Lyra: *Immola Deo sacrificium Eucharistiae*. Ad ostendendam vero paritatem, et sanctitatem, qua sacerdos offerre debet divinum hoc sacrificium, adiungit David *(Psalm. 49)*: *Pecatori inquit dicit Deus, quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? ubi per testamentum intelligitur Missae sacrificium, iuxta Lyrae expositionem: quoniam sacrificium vitulae, et Evangelium, ut plurimum ad iurgias, et novum pertinent Testamentum*. Concludit David Psalmum, inquiens *(ibid.)*: *Sacrificium laudis honorificabit me, sacrificium scilicet Eucharistiae, quod non solum in honorem meum redundabit, sed magnum filius meis afferet utilitatem: quia illic iter, quo ostendam illi salutare Dei, et Christus de se dixit *(Ioa. c. 10)*: Ego sum via, veritas, et vita, aequae colligatur, et necessario consequitur, revera Christum sub illo accidentium velamine contineri. Possumus etiam his addere, quod illa epitheta viae, veritatis, et vitae insinuat prius a Davide fuerant in praedictis verbis; *Illic iter, quo ostendam illi salutare Dei*; nam viam ostendit, cum inquit, *Illic iter*; et veritatem docet, dum ait: *ostendam illi salutare Dei*; nam viam ostendit, cum inquit, *Illic iter*; et veritatem docet, dum ait: *ostendam illi salutare Dei*: est enim officium veritatis, indicare viam, et dirigere iter agentes: vitam denique illic esse dixerat, *Salutare Dei*, siquidem Christus animae salutem, et vitam est.*

Tertium testimonium est eiusdem Davidis